Singing; and as the sweet voice of a bird,
Heard by the lander in a lonely isle,
Moves him to think what kind of bird it is
That sings so delicately clear, and make
Conjecture of the plumage and the form;
So the sweet voice of Enid moved Geraint;
And made him like a man abroad at morn
When first the liquid note beloved of men
Comes flying over many a windy wave
To Britain, and in April suddenly
Breaks from a coppice gemmed with green and red,
And he suspends his converse with a friend,
Or it may be the labour of his hands,
To think or say, 'There is the nightingale.'

TENNYSON.

Κείνου δ' ἐν αὐλῇ τῇ 'ν μέσῳ τειχίσματι
μένοντος, ἄφνω θυρίδα μελπούσης λιγὺ
φωνὴ διῆξεν 'Ηνίδος τῆς Αἰόλου
λιγυρᾷ πρὸς αἰθέρ' ἡδὺ μελπούσης ὀπί.
χὤπως προσίσχων νῆσον εἴς τιν' ἀστιβῆ
εἴ τις δι' ὤτων φθεγματ' ὄρνιθος λάβοι
κἀπεικάσειε συννοούμενος φρενὶ
οἷός τις ὢν δέμας τε καὶ πτερῶν φυὴν
τοιόνδε λαμπροῦ στόματος ἐκχέοι μέλος,
εὔφωνος οὕτως 'Ηνίδος Γεράντιον
ἔθελξε μολπή· ταὔτ' ἀνὴρ πάθοι τις ἂν
θυραῖος οἰχνῶν ἡλίου κατ' ἀντολάς,
πρώτιστ' ἐπειδὰν τὴν Βρεταννίαν μόλῃ
γλυκεῖα φωνὴ πᾶσι φιλτάτη βροτοῖς
πνοαῖσι ῥόθιον οἶδμ' ὕπερ φορουμένη,
ἔπειτα δ' ἄφνω θάμνος ἀντηχῇ βρύων
χλόης τε καὶ φοίνικος εὔρυθμον μέλος·
ὁ δ' αὖ, φίλων του τὴν ὁμιλίαν μεθεὶς
ἤ πού τι μηχάνημα χειρός, ἐννοῇ
ἢ καὶ κατείπῃ, τῆς ἀηδόνος κλύω.

E. D. S.

IX

YOU never know what life means till you die:
Even throughout life, 'tis death that makes life live,
Gives it whatever the significance.
For see, on your own ground and argument,
Suppose life had no death to fear, how find
A possibility of nobleness
In man, prevented daring any more?
What's love, what's faith without a worst to dread?
Lack-lustre jewelry! but faith and love
With death behind them bidding do or die—
Put such a foil at back, the sparkle's born!
From out myself how the strange colours come!
Is there a new rule in another world?
Be sure I shall resign myself: as here
I recognized no law I could not see.
There, what I see, I shall acknowledge too.
Unmanned, remanned: I hold it probable—
With something changeless at the heart of me
To know me by, some nucleus that's myself.

R. Browning.

Θανὼν τότ' ἤδη μανθάνεις τὸ ζῆν ὅ τι
πέφυκεν ὄντως· πάντα γοῦν βίον πάρα
τοῦ γνησίως ζῆν θάνατος αἰτία μόνη,
τὴν δύναμιν, οἱαδήποτ' ἐστίν, ἐντιθείς.
σὺ δ' αὐτὸς αὐτοῦ χρώμενος σκήπτου λόγῳ
ὡς ζῶντι δῆθεν θάνατος οὐ φοβητέος·
καὶ πῶς ἀφορμὴν ἂν τὸ γενναῖον λάβοι,
περισσὰ τολμᾶν μὴ παρὸν θνητοῖς γ' ἔτι;
ποῦ δῆτ' ἔρως, ποῦ πίστις ἔσχατον παθεῖν
ἄτρεστος οὖσ'; ἆρ' οὐχὶ ταῦτ' αἴγλης ἄτερ
ἀγάλματ' ἄλλως; θὲς δὲ πᾶν τοὐναντίον,
ὡς ἐν γραφαῖσιν εἶδος ἐσκιασμένον,
ὄπισθ' ἔρωτος πίστεώς θ' ἑστηκότα
Θάνατον, ἐπαίροντ' ἤ τι δρᾶν ἢ τεθνάναι.
οὐ τέξεταί τι λαμπρὸν ἡ ξυνουσία;
ἔμοιγ' ἀήθως ἐξέλαμψε χρώματα.
ἦ κα παρ' Ἅιδῃ θεσμὸς οὐχ αὐτὸς κρατεῖ;
εἴξοντά τοι σάφ' ἴσθι μ'· ὥσπερ ἐνθάδε
νόμους ἀΐστους οὐκ ἔτλην καταινέσαι,
οὕτως ἐκεῖ φανεῖσι πείσομαι νόμοις.
ἄνθρωπος οὐκ ὤν, καινοποιηθεὶς δέ πως
ἔοικα θρέψειν σπέρμ' ἔσω τι σύμφυτον,
σαφῆ χαρακτῆρ', οὐ μεταλλακτόν ποτε.

J. C. M.

X

SLEEPING or dead alike they sank from sight,
And through the ages no man recked to mourn
For their mild brows and presence tutelar,
Similitude divine, divinely wrought.
But now once more with keen remorseful eyes,
And hunger of the heart for beauty dead,
Men seek them sorrowing, and with painful hands
Upturn the sacred soil till, maimed and rare,
Strange clouded fragments of the ancient glory,
Late lingerers of the company divine,
Arise like glimmering phantoms of a dream.
Yet even in ruin of their marble limbs
They breathe of that far world wherefrom they came
Of liquid light and harmonies serene,
Lost halls of heaven and large Olympian air.

ERNEST MYERS.

Ἴσως καθεύδοντές τε καὶ τεθνηκότες
ᾤχοντ' ἄϊστοι, καὶ δι' αἰῶνος μακροῦ
οὐκ ἦν ὃς ἠξίωσε καὶ στένειν ποτὲ
τὸ πρᾶον ὄμμα καὶ τὸ προστατήριον
εἶδος, τὸ θεῖον κἀκ θεῶν εἰργασμένον.
νῦν δ' ὀξύθηκτον αὖ πόθον δεδορκότες
καὶ καλλονῆς πεινῶντες ἠφανισμένης
λυπούμενοι ζητοῦσι, καὶ χερῶν πόνῳ
ἱρᾶς πέδον γῆς ἐξαναστρέφουσ', ἕως
σπάνιά τε χωλά τ' εἰκόνων ἐρείπια,
ἀμβλωπὰ δόξης τῆς πάροιθε θαύματα,
θείας χρονίζοντ' ἐξ ὁμιλίας, φανῇ,
δόκημ' ἀμαυρὸν ἐνυπνίων φαντασμάτων.
ὅμως δ' ἐν ἄρθρων λαΐνων διαφθορᾷ
κείνης ἔτι ζῇ γῆς παλαιφάτου πνοή,
ὅθενπερ ἦλθον, νηνέμου τ' εὐμουσίας
λαμπροῦ τε φέγγους αἰθέρος τ' Ὀλυμπίου
τῆς τ' οὐκέτ' οὔσης δαιμόνων ἀναστροφῆς.

C. M. W.

XI

And all was still; and now
In that great quietness the sun came up,
And there were marks across it, as it were
The shadow of a Hand upon the sun—
Three fingers dark and dread, and afterward
There rose a white thick mist, that peacefully
Folded the fair earth in her funeral shroud,
The earth that gave no token, save that now
There fell a little trembling under foot.
And even then
There was a noise of weeping and lament;
The words of them that were affrighted, yea,
And cried for grief of heart. There came to him
The mother and her children, and they cried,
'Speak, father, what is this? What hast thou done?'
And when he lifted up his face, he saw
Japhet, his well-belovèd, where he stood
Apart; and Amarant leaned upon his breast
And hid her face, for she was sore afraid,
And lo! the robes of her betrothal gleamed
White in the deadly gloom.

Jean Ingelow.

Τέως ἐσίγα πάντα, χὠ μέγας πέριξ
αἰθὴρ γαλήνην εἶχεν, ἐν δ' ἄρ' ἡλίου
ἀνέσχε λαμπάς, σήματ' ἐγγεγραμμένη
ἄρρητα θείας, ὡς ἀπ' ὀμμάτων, χερὸς
τριῶν τ' ἀμαυρὰ δακτύλων εἰκάσματα.
κἄπειθ' ὁμίχλην ἦν ἰδεῖν λευκόπτερον
πυκνῶς ἐπαντέλλουσαν, ἔστ' ἐπήρατον
γῆν ἀψοφητὶ πᾶσαν, ὡς ἐπ' ἐκφορᾷ
περιστελοῦσ', ἔκρυψεν· ἡ δ' ἄσημος ἦν,
πλὴν εἰ λάθρᾳ τις μυχόθεν ἐρροίβδει τρόμος.
ἐνταῦθα δ' ἦν δι' ὠτὸς ἀλαλαγὴ πικρά,
κώκυμα δυσθρήνητον, ὡς φόβοισί του
δαμέντος· εἶτ' ἐφαίνεθ' ἡ μήτηρ πέλας
παίδων ἄγουσα ζεῦγος· οἱ δ' ἦκαν βοήν,
'ἔα· τί πάσχων ποῖ' ἐβουλεύσω, πάτερ;'
ὁ δ' ὄμμ' ἐπάρας Ἰάπετον φίλον τέκος
ἑστῶτα χωρὶς εἶδεν. ἡ δὲ παῖς ὁμοῦ
πρὸς στέρνα τοῦδ' ἠρείδετ', ἐπτοημένον
ὄμμ' ἐγκαλύψασ', ἐν δὲ θανασίμῳ σκότῳ
τοῦ νυμφικοῦ φῶς λευκὸν ἔστιλβεν πέπλου.

L. H. E.

XII

FAREWELL, my tender brother. Think
Of our sad fate with gentleness, as now:
And let mild pitying thoughts lighten for thee
Thy sorrow's load. Err not in harsh despair,
But tears and patience. One thing more, my child:
For thine own sake be constant to the love
Thou bearest us; and to the faith that I,
Though wrapped in a strange cloud of crime and shame,
Lived ever holy and unstained. And, though
Ill tongues shall wound me, and our common name
Be as a mark stamped on thine innocent brow
For men to point at as they pass, do thou
Forbear, and never think a thought unkind
Of those who perhaps love thee in their graves.
So mayst thou die as I do, fear and pain
Being subdued. Farewell! farewell! farewell!

SHELLEY.

Ὦ χαῖρ' ἀδελφὲ φίλταθ'· ὡς δὲ νῦν, ἀεὶ
φέρ' ἡσύχως σὺ τἀμὰ δυστυχοῦς κακά,
κἀξ ἠπίας τοιαῦτ' ἐποικτείρων φρενὸς
ἄχθος τὸ σὸν κούφιζε· μηδ' ἄνελπις ὢν
τραχύς θ' ἁμάρτῃς μηδέν, ἀλλ' ἐγκαρτέρει
δακρυρροῶν περ. ἓν δ' ἔτ' αἰτοῦμαι, τέκνον·
σέθεν γ' ἕκατι μὴ προδῷς ὅν μοι τρέφεις
ἔρωτα, πίστιν τήνδ' ἀεὶ πεπεισμένος,
ὅπως ἔγωγε, καίπερ ἐστολισμένη
αἴσχους τι δεινὸν καὶ πανουργίας νέφος,

ἀκήρατος διῆγον εὐσεβῶς βίον.
ἢν δ' αὖ με δεννάσῃ ποτ' ἀνθρώπων ψόγος,
καὶ κοινὸν ἡμῶν ὄνομα σοί γ' ἀναιτίῳ
ὡς στίγμα τῳπιόντι χειρόδεικτον ᾖ,
ὅμως σὺ τλῆθι, μηδὲ δυσμενῆ φρόνει
κείνοισιν, οἵ σε κἀν νεκροῖς φιλοῦσ' ἴσως.
οὕτω τεθναίης, ὡς ἐγώ, φόβου τε καὶ
δύης κρατήσας· χαῖρε νῦν πανύστατον.

C. M. W.

Ὦ χαῖρ', ἀδελφῶν ἠπιώτατον κάρα,
μέμνησο δ' εὔφρων ὡς ἔχεις ἃ δεῖ παθεῖν,
φρονῶν θ' ὑπ' οἴκτου μαλθάχ' ὧδε κούφισον
λύπην βαρεῖαν· μηδ' ἄγαν δύσθυμος ὢν
δακρύων κατάσχες νάματ' ἀλλ' ἔνδον γενοῦ.
ἓν δ' οὖν πέρα τόδ' ἐννοοῦ—τὴν σὴν χάριν
ἡμᾶς βεβαίως μὴ παρῇς τὸ μὴ οὐ φιλεῖν
ὡς ἐς τόδ' ἦμαρ δεῦρο, πιστωθεὶς ὅτι,
αἰσχροῦ νέφος περ ἐστολισμένη μύσους
θαυμαστόν, ἀνεπίπληκτος ἤγνευον βίον.
ἐὰν δὲ τρώσῃ κἄμ' ἐπίψογος φάτις,
ὄνομά τε κοινὸν ᾖ σκοπός τις εἰς ὀφρὺν
τὴν σὴν χαραχθεὶς τῳπιόντι δεικνύναι
ὁσίου περ ὄντος, ἀλλ' ἔτ' ἀντέχου, τέκνον,
κακὸν δὲ μηδὲν τοῖς ἴσως κἀκεῖ τὰ σὰ
φρονοῦσιν ἴσθι, χὧδ' ἂν ὡς ἐγὼ θάνοις
κρείσσων ἄχους τε δειμάτων τ'· ὦ χαῖρε σύ,
καὶ χαῖρ' ἔτ' αὖθις κἀν τρίτοις προσφθέγμασιν.

W. F. R. S.

XIII

I FOUND him in the shining of the stars,
I mark'd him in the flowering of his fields,
But in his ways with men I find him not.
I waged his wars, and now I pass and die.
O me! for why is all around us here
As if some lesser God had made the world,
But had not force to shape it as he would,
Till the High God behold it from beyond,
And enter it, and make it beautiful?
Or else as if the world were wholly fair,
But that these eyes of men are dense and dim,
And have not power to see it as it is:
Perchance, because we see not to the close;—
For I, being simple, thought to work his will,
And have but stricken with the sword in vain;
And all whereon I lean'd in wife and friend
Is traitor to my peace, and all my realm
Reels back into the beast, and is no more.

TENNYSON.

Θεὸν μὲν ἔγνων ἐν πυροῖσιν ἀστέρων
λειμωνίοις τε φανερὸν ὄντ' ἐν ἄνθεσιν·
τὸ δ' οὐ ξυνῆκα, τὰν βροτοῖς ὅπως νέμει,
κἄμ' ἐξαϊστοῖ πιστὰ συμμαχοῦντ' ἀεί.
οἴμοι· τί γὰρ δὴ τἀνθάδ' εἰκάζειν ἔχω;
πότερον θεός τις ἀσθενὴς τάδ' ἔκτισεν,
κᾆτ' ᾔσθετ' οὐ κατ' ἐλπίδ' ἰσχύων πλάσαι,
πρὶν δὴ πρόσωθεν εἰσιδὼν ὁ παγκρατὴς
ἵκοιτο, κἀς τὸ κάλλος αὖ μεθαρμόσαι;
ἢ τοὐκ θεῶν μὲν εὖ κεκόσμηται τάδε,
βροτοὶ δ', ἐπαργέμοισιν ὀφθαλμοῖς μόγις
βλέποντες, οὐχ οἷοί τε ναμερτὲς νοεῖν,
ἄδηλον ὂν δὴ ποῖ ποθ' εἵμαρται τελεῖν;
ἐγὼ δ' ἄνους ὤν, θεῷ θ' ὑπηρετεῖν δοκῶν,
τέλος πέφασμαι φασγάνῳ παίσας μάτην.
ἅπαντα δ' ἀλόχου καὶ φίλων πιστώματα
προὔδωκε κἀνέτρεψέ μ', ἡ δ' ἀρχὴ φθορᾷ
ἐκθηριοῦται πᾶσα κἀξόλωλέ μοι.

A. S.

XIV

'MOAN, brethren, moan, for we are swallow'd up
And buried from all godlike exercise
Of influence benign on planets pale,
And peaceful sway upon man's harvesting,
And all those acts which Deity supreme
Doth ease its heart of love in. Moan and wail;
Moan, brethren, moan; for lo, the rebel spheres
Spin round; the stars their ancient courses keep;
Clouds still with shadowy moisture haunt the earth,
Still suck their fill of light from sun and moon;
Still buds the tree, and still the seashores murmur;
There is no death in all the universe,
No smell of death.—There shall be death. Moan, moan;
Moan, Cybele, moan; for thy pernicious babes
Have chang'd a god into an aching palsy.'

KEATS.

Γοᾶσθ' ἀδελφοί· καὶ γὰρ ἠφανισμένοι
ἀπειργόμεσθα μὴ τὰ θεῖα δρᾶν θεοί,
εἶτ' οὖν πλανήτων εὐμενῶς διεξόδους
κοσμεῖν ἀμαυρῶν, εἶτ' ἄρ' εὔκαρπον θέρος
θνητοῖς ἀέξειν ἡσύχως, τὰ δ' ἄλλ' ὅσ' ἂν
τὸ θεῖον ἔργ' ἔρωτος ἐμπλῆσαι φιλῇ.
ἴτ' οὖν, γοᾶσθε πανδάκρυτ' ὀδύρματα·
ἰδοὺ γάρ, αἰθὴρ κἂν θέλω κἂν μὴ θέλω
κυλίνδεται πᾶς, ἄστρα τ' ἀρχαίας τρίβους
τρέχει, νέφη τε κἄτι νῦν ἐφίσταται
τῇ γῇ σκιώδει νοτίδι, κἀκπίνοντ' ἔτι
φέγγος σελήνης ἡλίου τ' ἄδην ἔχει,
καὶ δένδρ' ἔτ' ὀργᾷ ῥαχία τ' ἔτι κτυπεῖ·
κοὐκ ἔστι θάνατος πᾶσι τοῖς ὑπ' οὐρανῷ,
οὐδ' ᾔσθετ' οὐδείς—καίριος δ' ἂν οὖν μόλοι.
γοᾶσθ' ἔτ' αὖθις, καὶ σύ γ' ὦ μῆτερ θεῶν·
σοῦ γὰρ μάταιν' ἤμειψεν ἐκ θεοῦ βρέφη
τόδ' ἄθλιόν τε καὶ παράορον δέμας. W. F. R. S.

Οἰμώξατ' ἤδη πολλά, συγγενεῖς θεοί,
τεθαμμένοι γὰρ τῇδ' ἀπειργόμεσθα δὴ
τὸ μήθ' ὁδηγεῖν ἀστέρων λευκὴν φλόγα,
καρπούς τε θνητοῖς πρευμενῶς συνεκπονεῖν,
μήδ' ἄλλο μηδὲν δρᾶν ἔθ', ᾧ πάλαι φρενῶν
θείων ἄπειρος ἵμερος κουφίζεται.
οἰμώξατ' οὖν σύμφωνον οἷς πεπόνθαμεν,
πόλον θ' ὁρῶντες ἡμὶν ὡς ἄπιστος ὢν
ὅμως κυκλοῦταί γ', ἄστρα τ' ἀρχαίαν ἔτι
τάξιν φυλάσσει καὶ νεφῶν ὁμήγυρις
ὑγροῖσι γαῖαν συσκιαζόντων πτεροῖς
φέγγει σελήνης θ' ἡλίου τε δεύεται,
θάλλουσι θ' ὕλαι καὶ ψοφεῖ περίρρυτος
ἀκτή, προσέρπει δ' οὐδαμόθεν ὀσμὴ φθορᾶς.
ἥξει δ' ἄρ' ἥξει γ', ὥστ' ἔτ' οἰμώξειν ἀκμή,
Ῥέᾳ γε πρώτισθ', ἧς ὑπ' ὀλεθρίων τέκνων
νόσος καθεστὼς ἐκ θεοῦ μαραίνομαι.

 E. A. B.

XV

I WANDERING went
Among the haunts and dwellings of mankind,
And first was disappointed not to see
Such mighty change as I had felt within
Expressed in outward things; but soon I looked,
And behold, thrones were kingless, and men walked
One with the other even as spirits do,
None fawned, none trampled; hate, disdain, or fear,
Self-love or self-contempt, on human brows
No more inscribed, as o'er the gate of hell,
'All hope abandon ye who enter here';
None frowned, none trembled, none with eager fear
Gazed on another's eye of cold command,
Until the subject of a tyrant's will
Became, worse fate, the abject of his own,
Which spurred him, like an outspent horse, to death.

SHELLEY.

Βροτῶν κατ' ἤθη καὶ δόμους ἀλωμένη
ἠλγυνόμην τὸ πρῶτον, ἐννοοῦσ' ὅτι
τἄνδον μὲν αὐτοῖς εὖ μεθήρμοσται φρενῶν,
τὰ δ' ἐκτὸς οὔπω ξυμμέτρως μετηλλάγη·
αὖθίς γε μὴν ἀθροῦσα κοιράνων θρόνους
ἔγνων ἐρημωθέντας, ἀνθρώπους δ' ὁμοῦ
φίλως ξυναλλάσσοντας, ὥστε δαίμονας,
οἷς οὔθ' ὑβρίζειν οὔτε θωπεύειν θέμις·
κοὐ μῖσος, οὔ τι γαῦρον, οὐκ αὐθαδίαν,
οὐδ' αἶσχος, οὐδὲ δεῖμ', ἐπ' ὀφρύσιν βροτῶν
γεγραμμέν' εἶδον, οἷα τὰν Ἅιδου πύλαις,
τοὺς εἰσιόντας μηδὲν ἐλπίζειν ἔτι·
οὐ τραχὺς ἦν τις οὐδὲ τρομερός, οὐ φόβοις
τηρῶν ἀτέγκτου βλέμματος κελεύσματα,
ἕως τυράννων ἐντολαῖς δουλούμενος,
αὐτός θ' ἑαυτῷ, λῦμ' ἔτ' αἴσχιον, δαμείς,
πόνοις διώλεθ' ἵππος ὡς παρειμένος.

A. S.

LATIN HEXAMETERS

I

SO these two brethren from the chariot took
And on the black decks laid her in her bed,
Set in her hand a lily, o'er her hung
The silken case with braided blazonings
And kiss'd her quiet brows, and saying to her
'Sister, farewell for ever,' and again
'Farewell, sweet sister,' parted all in tears.
Then rose the dumb old servitor, and the dead,
Oar'd by the dumb, went upward with the flood—
In her right hand the lily, in her left
The letter—all her bright hair streaming down—
And all the coverlid was cloth of gold
Drawn to her waist, and she herself in white
All but her face, and that clear featur'd face
Was lovely, for she did not seem as dead
But fast asleep, and lay as though she smiled.

TENNYSON.

AT fratres curru sublatam in pontibus atris,
lectus ubi constratus erat, posuere sororem,
liliaque affigunt dextrae, clipeique decorum
suspendunt tegumen supra caput, arte manuque
virginea pictum, et flentes ad tecta revertunt.
tum lingua captus gentis vetus ille satelles
surgit, et adversum remis urgetur in amnem
mortua cum muto; cumbam adiuvat aestus euntem.
dextra tenet flores: comprensa est charta sinistra:
effusique fluunt, ceu vestis lucida, crines:
stragulaque ex auro splendebant omnia, ad ipsum
hinc illinc collecta latus: tum candida formam
palla tegit: tantum ora patent, lumenque remittunt
purpureum, vix ut crudeli pallida leto,
sed dulci radiare putes per somnia risu. E. D. S.

NEC mora, sublatum curru lectoque repostum
virgineum fratres sternunt in lintre cadaver:
lilia dant dextrae, et supra caput incluta notae
picta ipsius acu suspendunt tegmina parmae:
oscula dant fronti tacitae; et 'dulcissima, longum'
non semel 'o germana, vale,' suprema gementes,
sic demum effusi discedunt fletibus ora.
tunc oritur vetus ille et captus voce satelles
mortuaque effertur virgo cum remige muto
accedente aestu: de dextra lilia pendent:
laeva tenet chartam: fluitat nitor ille comarum:
lumborum tenus aurato subtemine picta
stragula tenduntur; niveo velantur amictu
cetera, nudata clari dulcedine vultus
miranda visu: nec mortua visa iacebat,
sopitam potius placidum ridere putares.

H. K.

II

AY, but I meant not thee; I meant not her,
Whom all the pines of Ida shook to see
Slide from that quiet heaven of hers, and tempt
The Trojan, while his neat-herds were abroad;
Not her that o'er her wounded hunter wept
Her deity false in human amorous tears;
Nor whom her beardless apple-arbiter
Decided fairest. Rather, O ye Gods,
Poet-like, as the great Sicilian called
Calliope to grace his golden verse—
Ay, and this Kypris also—did I take
That popular name of thine to shadow forth
The all generating powers and genial heat
Of Nature, when she strikes through the thick blood
Of cattle, and light is large, and lambs are glad,
Nosing the mother's udder, and the bird
Makes his heart voice amid the blaze of flowers:
Which things appear the work of mighty gods.

TENNYSON.

AT non te canere institui; nec totius Idae
quam pineta tremiscebant, de sede quieta
dum venit, aethere lapsa suo, blandis Phryga captans
illecebris, procul omnis ubi armentariu' cessit;
nec, venatorem violento vulnere victum
incumbens super, humana cuppedine fletus
quae dedit, et norat se casso numine divam;
nec Venus illa meast quam mali munere dignam
censuit arbiter imberbis superareque forma.
Calliopen potius—pro divum numina sancta—
qua ratione accivit, ut aurea dicta lepore
imbueret, Paphiamque item eandemst ille precatus,
insula quem triquetris praeclarum gessit in oris,
consimili ratione, sacri de more poetae,
usus eram toto vulgatum nomen in orbe
istud, uti simulata cluerent omniparentis
vis naturai fecunda almique calores,
qualia saepe solent pecudum pertundere crassum
sanguen, ubi terrae lustrantur lumine largo,
laetos uberibus pressis satiarier agnos
cum videas, et saecla avium dare pectore ab ipso
carmen, et undique purpureos flammescere flores:
quae iam non sine dis pollentibus esse rearis.

A. B. R.

III

'LYAEUS, King! by thee alone
To song may change our tuneless moan,
The murmur of the bitter sea
To ancient tales be changed by thee.
By thee the unnamed smouldering fire
Within our hearts turns to desire
Sweet, amorous, half satisfied;
Through thee the doubtful years untried
Seem fair to us and fortunate,
In spite of death, in spite of fate.'

He ceased, and bent his head above the wine:
Then, as he raised his eyes they saw them shine
In the red torchlight with unwilling tears,
And their hearts too, with thoughts of vanished years
Were pensive, as at ending of his song
They heard the bubbling river speed along,
Nor did they miss that doubtful noise to hear
The rising night-wind through the branches bear,
Till sleep fell on them, and the watch alone
Waked in that place, and heard the distant moan
Grow louder as the dead night stiller grew.

W. Morris.

MOLLIA discordes si pellunt carmina questus,
rex Lenaee, tuum est; pelagi tu plangor amari
ut veterum sonet acta virum facis unus, et ignes
arcanos quos corda fovent vix conscia flammae
in dulcem vertis, non ut satietur, amorem.
tempora inexperto saeclorum condita lapsu
fortunata tamen nobis et pulchra videntur,
auspice te, nec mors prohibet nec fila Sororum.
Sic ait, inclinatque caput, quasi pocula libet:
inde oculos levat; at rutilantis lumine taedae
iniusso socii cernunt umore micantes;
et venit in mentem annorum meminisse priorum.
carmina enim cessant, vacuas et plenior aures
spumosum properantis iter fragor occupat amnis,
nec minus increscentis inenarrabile murmur
percipitur nocturnae aurae ramosque moventis,
donec somnus habet cunctos; custodia tantum
excubias agitare, quibus clarescere visi
longinqui fremitus, quo densior alta silet nox.

E. D. S.

IV

THUS musing, in a wood I sate me down
Alone, continuing there to muse: the slopes
And heights meanwhile were slowly overspread
With darkness, and before a rippling breeze
The long lake lengthened out its hoary line,
And in the sheltered coppice where I sate,
Around me from among the hazel leaves,
Now here, now there, moved by the straggling wind,
Came ever and anon a breath-like sound,
Quick as the pantings of the faithful dog,
The off and on companion of my walk;
And such, at times, believing them to be,
I turned my head to look if he were there;
Then into solemn thought I passed once more.

WORDSWORTH.

HAEC ego dum meditor, nemoris sub tegmine sedi
solus, et usque adeo meditanti labitur altos
lenta super clivos nox subrepentibus umbris.
flatibus interea tremulis crispata patescunt
aequora longa lacus procul albescentia: sedes
ipsa, ego quam petii media in coryleta remotam,
dum varii nunc huc Zephyri nunc commovet illuc
aura comas, prope me alternis spirare videtur
haustibus, ut crebro trepidante Molossus anhelat
pectore saepe comes per agros mihi fidus eunti;
atque ego non numquam deceptus imagine versis
respicio exspectans oculis, si advenerit ipse:
tunc iterum exploro curas atque intima mentis.

A. S. G.

V

OR let it be on autumn nights when rain
Doth rustlingly above your heads complain
On the smooth leaden roof, and on the walls,
Shedding her pensive light at intervals,
The moon through the clerestory window shines,
And the wind washes 'mid the mountain pines;
Then, gazing up through the dim pillars high,
The foliaged marble forests where ye lie,
'Hush,' ye will say, 'it is eternity!
This is the glimmering verge of Heaven, and these
The columns of the heavenly palaces.'
And in the sweeping of the wind your ear
The passage of the angels' wings will hear,
And on the lichen-crusted leads above
The rustle of the eternal rain of love.

M. ARNOLD.

NOCTIBUS aut quotiens fusi auctumnalibus imbres
vos super illacrimant, et plumbo leve sacelli
per tectum crepitant guttis, distinctaque saxis
hinc atque hinc placido suffundit lumine muros
ordine dispositis alto quae immissa fenestris
luna venit, liquidumque sonant ad flamina pinus—
luce iuvet dubia, celsis ubi silva columnis
impendet vobis et sculpto marmore frondes,
suspicere et leni laetos mussare susurro
'haec ergo est aeterna quies: salvete deorum
limina, sublustresque aditus: agnoscimus illa
marmora, queis magni fulcitur regia caeli.'
sic vos caelicolum vento vaga flabra trahente
credetis transire alas: cumque obsita musco
imber tecta ferit crepitans, haec illa perennis
visa erit audiri stillantis copia amoris.

A. D. G.

VI

NOT here my place of rest; far hence I seek
Beyond or world of Gods or world of men,
The Tower of ancient Kronos, where he dwells
Amid the Blessed Isles, his final home,
The habitation of a holy calm.
There evermore the West-winds dewy-winged,
Borne o'er the Ocean-river, lightly breathe;
And over all that sweet and solemn realm
Broods a mild golden light of mellow beam,
Less bright by far than this celestial splendour,
A low warm light, as of eternal eve.
And there are gathered, or shall gather soon,
All my dear kindred, offspring of the Earth,
The brotherhood Titanic, finding there
Harbour desired, and after sore exile
Rejoining well content their ancient King.

ERNEST MYERS.

AT non hic requies. Procul hinc turrita requiro
moenia Saturni veteris, finesque beatos
ultra hominumque Deumque domos. hic ultima sedes,
hic illi domus, et divinae templa quietis.
illic adsidui spirant rorantibus alis
leniter ex ponto Zephyri; lateque per agros
religione sua mira et dulcedine sanctos
aureus incumbit radiis lucentibus aether,
caelesti longe minor hoc splendore, sed idem
ceu foret aeterno sublustris lumine Vesper.
mox illuc venient, nisi iam venisse putandumst,
cara mihi fraterna cohors, Titania proles
terrigenum: iuvat optatos attingere portus
iam tandem, exsilioque inter tot dura peracto
antiquo gaudent iterum se adiungere regi. T. L. P.

HIC mihi nulla datur requies; aliunde petenda est.
stat procul ultra hominumque vias divumque remota,
qua lavat Oceanus felicia rura piorum,
Saturni turrita domus, senis ultima sedes,
cara deo statio, et sancta tranquilla quiete.
roscidus hanc semper Zephyri levis halitus oram,
vectus ab Oceano, mulcet: molli alma nitore
incumbit grati per sacra silentia campi
aurea lux, minus illa quidem hoc splendore polorum
fulgida, sed iubare occiduo tepefacta nitescit,
purpureus tamquam vesper sine fine ruberet.
huc mihi congressi aut mox congredientur amati,
quos genuit Tellus, fratres, Titania pubes:
hic tandem exsilii perpessos taedia longi
hospitium optatamque domum reperire iuvabit,
et laetos prisco comites sese addere regi.

 F. J. K.

VII

WHEN the gods heard they straight arose and took
Their horses, and rode forth through all the world;
North, south, east, west they struck and roam'd the world,
Entreating all things to weep Balder's death.
And all that lived, and all without life, wept.
And as in winter, when the frost breaks up,
At winter's end, before the spring begins,
And a warm west-wind blows, and thaw sets in—
After an hour a dripping sound is heard
In all the forests, and the soft strewn snow
Under the trees is dibbled thick with holes,
And from the boughs the snow loads shuffle down,
And, in fields sloping to the south, dark plots
Of grass peep out amid surrounding snow,
And widen, and the peasant's heart is glad—
So through the world was heard a dripping noise
Of all things weeping to bring Balder back;
And there fell joy upon the gods to hear.

M. ARNOLD.

HIS simul auditis consurgitur: ilicet omnis
turba Deum conscendit equos, terrasque peragrat,
haec Boream, pars illa Notum petit: itur ad Euros
et Zephyrum: labor unus agit diversa sequentes,
scilicet ut Phoebo cuncta illacrimentur adempto,
vivaque quaeque carent anima simul omnia plorent.
ac veluti sub casum hiemis cum frigora languent
ante aditum veris, Zephyrique tepentibus auris
solvere se coepit durae inclementia brumae,
continuo in silvis guttarum tabidus imber
dat sonitum, crebroque exesa cavatur hiatu
planities nivis, et discussa mole levantur
bracchia, quoque supinus ager se inclinat ad Austrum
infuscat niveos insertum gramen acervos,
iam magis atque magis: grata vice gaudet arator.
omnia sic totum pluere exaudita per orbem
si fletu possint Phoebum revocare sub auras,
laetitiaque sonus pertemptat pectora Divum.

E. D. S.

VIII

YOU never know what life means till you die:
Even throughout life, 'tis death that makes life live,
Gives it whatever the significance.
For see, on your own ground and argument,
Suppose life had no death to fear, how find
A possibility of nobleness
In man, prevented daring any more?
What's love, what's faith without a worst to dread?
Lack-lustre jewelry! but faith and love
With death behind them bidding do or die—
Put such a foil at back, the sparkle's born!
From out myself how the strange colours come!
Is there a new rule in another world?
Be sure I shall resign myself: as here
I recognized no law I could not see,
There, what I see, I shall acknowledge too,
Unmanned, remanned: I hold it probable—
With something changeless at the heart of me
To know me by, some nucleus that's myself.

R. Browning.

QUID sit vita, sapis tum demum morte magistra:
mors facit ut vita vere vivamus in ipsa,
immo si quid inest momenti et ponderis addit.
finge tamen vacuos homines formidine mortis
(utar enim ratione tua), quae denique causa
nobilitatis erit, queis non permissa facultas
audendi maiora? valent quid amorque fidesque
ni metuunt extrema pati? splendore carentum

instar habent lapidum. sed amorem pone fidemque
stet, velut in tabula, tenebrosae mortis imago,
quae seu magna monet moliri sive perire.
tum vero praeclarum aliquid nascetur. ut e me
ecce novi praeter solitum enituere colores!
num leges aliae Plutonia regna coercent?
parebo certe. velut hic parere solebam
non nisi quas vidi, manifestis legibus infra
obsequar. humana specie mutatus ab illa,
credo equidem, servabo intus sub pectore fixum
nescio quid nostri, quo me dignoscere possis.

J. C. M.

VITA quod est, mors una docet: quin vivere vitam
mors facit, et quantum valeat dat habere peractae.
denique, si vivis non mors ubicumque timendast,
tu, qui nuper in his rebus diversa tenebas,
qua ratione putas homini concedier esse
magnanimo, si nil posthac audere licebit?
nam quid amor, quid et ipsa fides, ni pessima fati
exspectent? nonne obscurae sine lumine gemmae?
ast eadem, modo si iubeat mors ultima rerum
audendum aut moriendum, extemplo fulgida luce
emicuere nova: sic et mea vivida virtus
erumpit morientis, inardescitque micando.
ipse tamen, quicumque gerit sub Tartara fasces,
accipiam regem. sola hic mihi iura placebant
quae conspexi oculis: illic quaecumque videbo
agnoscam pariter, simul ac, ni fallor, adempto
terrestri excipiam renovatum corpus, ut imo
nescio quid cordi non iam mutabile restet,
unde mei natura hominis cognoscitur ipsa. T. L. P.

IX

MANY a fire before them blazed;
As when in heaven the stars about the moon
Look beautiful, when all the winds are laid,
And every height comes out and jutting peak
And valley, and the immeasurable heavens
Break open to their highest, and all the stars
Shine, and the shepherd gladdens in his heart:
So many a fire between the ships and stream
Of Xanthus blazed before the towers of Troy,
A thousand on the plain; and close by each
Sat fifty in the blaze of burning fire;
And eating hoary grain and pulse the steeds,
Fixt by their cars, waited the golden dawn.

Iliad viii, 550–61, TENNYSON'S Translation.

IAMQUE ante ora ardent crebri recubantibus ignes:
et velut in caelo cingunt ubi sidera lunam
pulchra: omnes venti posuere: aperitur et omnis
qui procurrit apex montis, vallesque supinae
apparent: immensa poli de vertice summo
templa recluduntur, iamque omnia sidera lucent:
suspiciens toto laetatur pectore pastor—
haud aliter naves inter Xanthique fluenta,
qua patet Iliacae campus sub moenibus arcis,
mille ignes arsere: manus cuique assidet igni
quinquaginta equitum flammaeque in luce refulget.
at retinentur equi ad currus cana hordea pasti,
aureaque exspectant redeuntis tela diei.

F. D. L.

IGNES interea multi per castra flagrabant;
ac veluti circa lunam pulcherrima fulgent
sidera ubi vis ventorum pacata quiescit,
omnis cum clarus mons promontoriaque exstant
omnia nec latitant valles in lumine, et altus
aetheris immensi prospectus panditur ultro,
gaudetque innumeris pastor splendentibus astris:
haud secus illi ignes extra turrita tot ardent
Pergama tum naves inter Xanthique fluenta;
mille adeo campum illustrant: ad quemque morantur
Troiugenae quinquaginta in fulgore corusco,
nec non quadrupedes cytisum et cana hordea mandunt
curribus adfixi, dum lux redit aurea Phoebi.

A. S. G.

X

BUT, as he walked, King Arthur panted hard,
Like one that feels a nightmare on his bed
When all the house is mute. So sigh'd the King,
Muttering and murmuring at his ear, 'Quick, quick!
I fear it is too late and I shall die.'
But the other swiftly strode from ridge to ridge,
Clothed with his breath, and looking, as he walked,
Larger than human on the frozen hills.
He heard the deep behind him, and a cry
Before. His own thought drove him like a goad.
Dry clash'd his harness in the icy caves
And barren chasms, and all to left and right
The bare black cliff clang'd round him, as he bas'd
His feet on juts of slippery crag that rang
Sharp-smitten with the dint of armèd heels—
And on a sudden, lo! the level lake,
And all the glories of the winter moon.

TENNYSON.

AT, dum carpit iter, graviter rex pectore anhelo
suspirat, ceu, nocte silent cum tecta domorum,
importuna caput sopitum insomnia vexant.
ingemit, et comitis mussans immurmurat auri:—
'ne mora sit: seri nimium veniemus, ego autem
occidero':—sic rex mussat queribundus; et alter
veloci passu superat iuga; vestit euntem
halitus: humano maior se ferre videtur
collibus incedens brumali frigore vinctis.
pone fremunt maria, ante pedes it clamor ad aurem.
mens acri stimulo instigat sua, dumque movetur
horridus armorum gelidis fragor intonat antris:
nuda silex reboat—dextra laevaque resultant
arentes scopuli clangoribus atraque saxa,
lubrica dum firmat vestigia margine clivi
exstantis, cautesque armati verbere tali
icta sonat; subito ecce lacus sese aequora pandunt
vasta procul radio hibernae splendentia lunae.

E. D. S.

XI

AND Enid stood aside to wait the event,
Not dare to watch the combat, only breathe
Short fits of prayer, at every stroke a breath.
And he, she dreaded most, bare down upon him.
Aim'd at the helm, his lance err'd; but Geraint's,
A little in the late encounter strain'd,
Struck thro' the bulky bandit's corselet home,
And then brake short, and down his enemy roll'd,
And there lay still; as he that tells the tale
Saw once a great piece of a promontory,
That had a sapling growing on it, slide
From the long shore-cliff's windy walls to the beach,
And there lie still, and yet the sapling grew:
So lay the man transfixt. His craven pair
Of comrades, making slowlier at the Prince,
When now they saw their bulwark fallen, stood;
On whom the victor, to confound them more,
Spurr'd with his terrible war-cry.

TENNYSON.

ILLA quidem, dum pendet adhuc victoria, cessit,
haud pugnam ausa sequi, rarisque adspirat amorem
vocibus atque preces alternis ictibus edit.
at qui causa metus gravior vi fertur in hostem,
dumque petit galeam deflexa est hasta; sed illi
lancea, congressu tantillum intorta recenti,
transadigit penitus lati thoraca latronis,
illisa in medio, et praeceps provolvitur hostis
immotusque iacet: scopuli ut currentis in aequor
vidi egomet quondam molem, cui surculus haesit,
moenibus extentis ventosae rupis in oram
labier, immotam casu—simul ipse virebat
surculus; haud aliter transfixus mole sua stat.
degeneres vero comites, par nobile, regi
segnius ingressi iam nunc committere dextram,
ut videre ducem stratum, vestigia sistunt;
quos invectus equo, quo plus vi turbet et ira,
terribili Martis victor clamore lacessit.

W. F. R. S.

XII

ALL where the eye delights yet dreads to roam,
The breaking billows cast the flying foam
Upon the billows rising—all the deep
Is restless change; the waves so swell'd and steep,
Breaking and sinking, and the sunken swells,
Nor one, one moment, in its station dwells:
But nearer land you may the billows trace,
As if contending in their watery chase;
May watch the mightiest till the shoal they reach,
Then break and hurry to their utmost stretch;
Curl'd as they come, they strike with furious force,
And then, reflowing, take their grating course,
Raking the rounded flints, which ages past
Roll'd by their rage, and shall to ages last.

CRABBE.

ECCE, ubi magna quidem mixto terrore voluptas
spectandi, spumam iacit hic curvatus et ille
excipit insurgens volitantem fluctus; in omni
nulla quies ponto. modo qui praeruptus aquae mons
iam tumuit, cadit elisus, lapsusque resurgit
protinus; unda loco numquam se continet uno.
hic autem propius terrae quod volvitur agmen
nonne vides cursu tamquam certare marino?
contemplator item si quae supereminet unda,
cum vada contigerit; toto ut se vertice harenis
fundit, et extremos properat percurrere fines!
cursu curvatus magna vi contudit oram;
tunc refluens rauco leves stridore resorbens
it silices, quas mille aestu domuere furenti
saecla, sed ipsae etiam durando mille domabunt.

N. C. S.

XIII

WHAT though the music of thy rustic flute
Kept not for long its happy, country tone;
Lost it too soon and took a stormy note
Of men contention-toss'd, of men who groan,
Which task'd thy pipe too sore, and tired thy throat—
It fail'd, and thou wast mute!
Yet hadst thou always visions of our light,
And long with men of care thou couldst not stay,
And soon thy foot resumed its wandering way,
Left human haunt and on alone till night.

Too rare, too rare grow now my visits here!
'Mid city noise, not as with thee of yore,
Thyrsis! in reach of sheep-bells is my home.
Then through the great town's harsh, heart-wearying roar,
Let in thy voice a whisper often come,
To chase fatigue and fear!
Why faintest thou? I wandered till I died.
Roam on! The light we sought is shining still.
Dost thou ask proof? Our tree yet crowns the hill,
Our scholar travels yet the loved hill-side.

M. ARNOLD.

QUID si non longum ediderit tua fistula carmen
rura beata sonans, veterumque oblita modorum
confusi rixis vulgi graviterque gementis
a! citius mitem imbuerit stridore Camenam;—
unde labor calamis et vox defessa canendo
illa tacet; tu mutus eras: tamen usque manebat
nescio quid nostrae velut inter somnia lucis,
nec poteras habitare diu qua sordida turbam
cura premit; mox ire procul lateque vagari
mens incerta iubet, solumque relinquere coetus
humanos, donec nox attulit atra quietem.
rara nimis cum rure tuo commercia nobis:
qua fremit urbs, ovium qua pastoralia nusquam
aera sonant, o Thyrsi, domus mea; tu facito aegro
pectore depellat strepitus et iurgia vocis
murmur, amice, tuae, quae languoremque resolvat
excutiatque metus omnes: cur, improbe, cessas?
errandi mors finis erat mihi; quin age porro
carpe viam; lux illa procul quaesita refulget:
men' documenta rogas? vel adhuc iuga nota coronat
arbor, adhuc collem Lycidas conscendit amatum.

E. D. S.

XIV

THE track winds down to the clear stream,
To cross the sparkling shallows: there
The cattle love to gather, on their way
To the high mountain pastures, and to stay,
Till the rough cow-herds drive them past,
Knee-deep in the cool ford: for 'tis the last
Of all the woody, high, well-water'd dells
Of Etna; and the beam
Of noon is broken there by chestnut boughs
Down its steep verdant sides: the air
Is freshen'd by the leaping stream, which throws
Eternal showers of spray on the moss'd roots
Of trees, and veins of turf, and long dark shoots
Of ivy-plants, and fragrant hanging bells
Of hyacinths, and on late anemones,
That muffle its wet banks: but glade,
And stream, and sward, and chestnut trees,
End here: Etna beyond, in the broad glare
Of the hot noon, without a shade,
Slope behind slope, up to the peak, lies bare;
The peak, round which the white clouds play.

M. Arnold.

AD liquidum callis de clivo flectitur amnem,
trans vada ducturus fulgentia: saepe videres
stare ibi collectas pecudes, ubi pascua montis
alta petunt, genuumque tenus, dum forte bubulcus
rusticus exagitet, gelido mersarier alveo.
nam quot frondiferas quot aquosas undique valles
mons Aetnaeus habet, scandenti haec ultima restat.
hic medii frangunt flammantia tela diei
castaneae, et viridis latera ardua vallis obumbrant:
hic calidos gelido saliens pede mitigat aestus
amnis, ut infundit muscosis stirpibus imbres
perpetuos: scatebris herbam rigat ille, corymbos
pallentes hederae rigat, et suaves hyacinthos
pensilibus laetos gemmis, et sera comantes
narcissos, madidae velamina dulcia ripae.
terminus hic pulcrorum: hic desinit herba, fluentum,
castaneae, vallis—patet ultra inamoena, sine umbra
nuda, calens medii solis fulgoribus Aetna:
quin horrent iuga nuda iugis super addita, nudus,
nubila quem circum ludunt candentia, vertex.

F. D. L.

XV

IN June 'tis good to lie beneath a tree
While the blithe season comforts every sense,
Steeps all the brain in rest, and heals the heart,
Brimming it o'er with sweetness unawares,
Fragrant and silent as that rosy snow
Wherewith the pitying apple-tree fills up
And tenderly lines some last-year robin's nest.
There muse I of old times, old hopes, old friends,—
Old friends! The writing of those words has borne
My fancy backward to the gracious past,
The generous past, when all was possible,
For all was then untried; the years between
Have taught some sweet, some bitter lessons, none
Wiser than this,—to spend in all things else,
But of old friends to be most miserly.

LOWELL.

ARBORE sub magna, cum Iunius excipit annum,
ponere membra iuvat, dum sensus molliter omnes
hora fovet genialis, et otia blanda quietem
instillant, animoque gravi sublapsa medentur,
et furtim tacita complent dulcedine pectus,
qualis ubi nidum malus miserata relictum
quem struxit sibi vere rubecula, condit odoro
imbre nivis roseae tenerosque intexit amictus.
illic spes mecum priscas et prisca voluto
tempora fusus humi, veteresque recordor amicos.
ecce etiam nomen tantum scribentis ad annos
mens rapitur larga florentes dote iuventae,
cum nihil expertis nihil insuperabile visum est.
multa quidem tempus docuit, dulcesque sapores
tinxit amaritie; sed idem sub mente teneri
hoc fixum immotumque docet,—dum cetera ad auras
proicimus, veteres intus claudantur amici.

E. D. S.

XVI

GIVE honour to our heroes fall'n, how ill
Soe'er the cause that bade them forth to die.
Honour to him the untimely struck, whom high
In place, more high in hope, 'twas fate's harsh will
With tedious pain unsplendidly to kill.
Honour to him, doom'd splendidly to die,
Child of the city whose foster-child am I,
Who, hotly leading up the ensanguin'd hill
His charging thousands, fell without a word—
Fell, but shall fall not from our memory.
Also for them let honour's voice be heard
Who nameless sleep, while dull time covereth
With no illustrious shade of laurel tree,
But with the poppy alone, their deeds and death.

WILLIAM WATSON.

QUAMVIS iusta parum caesos instruxerit armis
causa viros, iusto celebrentur funera plausu,
nec suus absit honos illi, quem plurima nactum
spe calidus dum plura cupit, decreta Sororum
invida demisere neci splendore carentem
ante diem lenti perpessum taedia morbi.
nec tu, splendida mors cui fato contigit, expers
laudis eris, quem clara tulit quae me quoque alumnum
urbs vocat: adversum in collem multoque fluentem
sanguine mille viros ardens dum ducis in hostem,
tu sine voce cadis; sed nec te magna silebit
vox Famae, neque vos mutum et sine nomine vulgus
aeternum indictos patietur carpere somnum,
quorum Tempus iners super inclita facta decusque
pro lauru illustri nectit Cereale papaver.

E. D. S.

XVII

WE pause; we hush our heart,
And thus address the gods:
'The world hath fail'd to impart
The joy our youth forbodes,
Fail'd to fill up the void which in our breasts we bear.

'Changeful till now, we still
Look'd on to something new;
Let us, with changeless will,
Henceforth look on to you,
To find with you the joy we in vain here require!'

Fools! that so often here
Happiness mock'd our prayer,
I think, might make us fear
A like event elsewhere;
Make us, not fly to dreams, but moderate desire.

And yet, for those who know
Themselves, who wisely take
Their way through life, and bow
To what they cannot break,
Why should I say that life need yield but *moderate* bliss?

Is it so small a thing
To have enjoyed the sun,
To have lived light in the spring,
To have loved, to have thought, to have done;
To have advanced true friends, and beat down baffling foes—

That we must feign a bliss
Of doubtful future date,
And, while we dream on this,
Lose all our present state,
And relegate to worlds yet distant our repose?

M. Arnold.

QUOD si vera premens idcirco quis prece divom
numina sollicitet, quia non det scilicet illi
vita voluptatem quam prima ostenderit aetas,
sed sit inexpleti quiddam sub pectore semper,—
hactenus ingenium fuerit cui mobile, rebus
usque novis inhians, nunc si immutabilis idem
dis inhiare cupit, dum sit data largius inde
in terris dudum frustra quaesita voluptas,
avius a vera longe ratione vagatur.
hic bene vivendi quem spes deceperit, illic
ut vivi possit meliori condicione
non timet? at modice tantum velit esse beatus
si sapiat: non est ad somnia confugiendum.
immo vitai rectum deducere cursum
qui potis est et se penitus novisse, nec umquam
nitier incassum contra id quod frangere non quit,
scire licet multo hunc modicis maiora potiri.
usque adeo nihil est quod puro lumine solis
viximu' laetantes? quod ver sensus hilaravit?
multas concepisse animo, gessisse manu res
quod licuit nobis et amantes invicem amasse?
tamne inimicorum nil est frustrantia coepta
vincere vi, veris vel amicis auxiliari,
ut procul hinc homines dubium se laetitiai
capturos fructum sperent et tempore longo
tandem venturam, veniat si forte, quietem,
atque futurorum cupidi praesentia perdant?

A. D. G.

SISTIMUS interea et compressis corde querelis
divos alloquimur: 'nobis neque gaudia vita
largita est, quae tum iuvenis praesenserat aetas,
nec desiderium complet quod pectus habebat.
insatiatus adhuc ignotaque quaerere suetus
semper avet quod abest animus, praesentia temnit:
quaerere discet abhinc vestrum immutabili' numen,
deque negata prius vobiscum praemia adibit.'
a stolidi! quos hic totiens spes falsa precantes

laetitia illusit peritura, nonne timetis
illic deceptos ratio ne vana refutet?
somnia rumpere enim et mediocres conveniebat
delicias petere. at si quis se novit et ipsum
vitai cursum bene rexit, ferre paratus
flectere quod nequeat, non invenio mediocres
cur olli tantum sit vita datura lepores.
an nihil est, solis blandos sensisse calores
et vernum carpsisse diem, flagrasseque amore,
digna manu fecisse, animo dum magna volutes?
nil, quod constantes iam sorte bearis amicos
obstantesque tibi dextra conflixeris hostes?
quid prodest aliae tibi fingere praemia vitae
atque aevi dubio splendori inhiare futuri,
huius si aetatis praesentia munera perdas
nec prius otia captaris quam moenia mundi
transieris profugus?

C. B.

Oxford: Horace Hart, Printer to the University

298460

7 ox

UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY